

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

25 Vtrum ille, qui rem alienam consumpsit, teneatur ad restitutionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

C O N T R A. Decret. dicit quod tenetur, nec acquirit dominium.

R E S P O N. Dicendum, quod circa hoc est contrarietas iuris civilis & canonici, quia secundum ius civile talis prescriptio tenet, secundum ius canonicum talis prescribere non potest. Et ratio huius contrarietas est, quia aliis est finis quem intendit iuris legislator, spacem laruare, & stare inter cives, quae impeditur si prescriptio non curreret: quicunque n. veller, posset ventre & dicere, Istud fuit meum quocunq; tempore. Finis autem iuris canonici tendit ad quietem ecclesie, & salutem animorum, nullus autem in peccato saluari potest, nec penetrare de damno, vel de alieno, nisi recompenseret.

Et ideo dicendum est, quod si quis prescribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem, etiam si sciat alienum fuisse post prescriptionem: quia lex potest aliquem pro peccato & negligencia punire in resua, & illam alteri dare & concedere: sed qui mala fide prescribit, tenetur emendare, & satisfacere reddendo damnum quod intulit.

A R T I C U L V S . X X V .
Utrum ille qui rem alienam consumpsit, teneatur ad restitutionem.

T E R T I O querebatur, utrum ille qui rem alienam consumpsit, teneatur ad restitutionem: & videtur quod non: quia ille, cuius res fuerat, non habet actionem in consumptorem, intellige si ius habet calsum in prescriptione.

C O N T R A. Iste mala fide possedit alienum quod consumpsit.

R E S P O N. Dicendum, quod tenetur, cuius ratio est, quia quilibet tenetur ad faciendum iustitiam alteri. Confitit autem iustitia in quadam aequalitate: unde nisi reintegretur aequalitas, non potest aliquis esse iustus: in aequalitate autem fuit quod consumpsit rem non suam, & ideo oportet quod reddat.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod licet non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius civile, haberet tamen secundum ius diuinum, cuius finis est salus animarum, & ideo repugnat.

Q V A E S T I O . X V I I .

D E I N D E quæstia sunt de officiis quatuor.
¶ Primò, De officio expositorum sacræ scripturae.
¶ Secundò, De officio prædicatorum.
¶ Tertiò, De officio confessorum.
¶ Quartò, De officio vicariorum.

A R T I C U L V S . X X V I .

Vtrum omnia que doctores sancti dixerunt, sint à spiritu sancto.

A D P R I M U M quæstum est, utrum omnia quæ doctores sancti dixerunt, sint à spiritu sancto, & uidetur quod non, quia in suis dictis sunt aliqua falsa, nam in suis expositionibus quandoque dissonant: non potest autem esse verum quod dissonum, vel dissonum est, quia utraq; pars contradictionis non potest esse vera.

C O N T R A. Ad eundem pertinet facere aliquid propter finē, & perducere ad illum finem: sed finis

scripture, quæ est a Spiritu sancto, est eruditio hominum: haec autem eruditio hominum ex scriptis non potest esse, nisi per expositiones sanctorum. ergo expositiones sanctorum sunt a Spiritu sancto.

R E S P O N. Dicendum, quod ab eodem Spiritu scriptura sunt exppositæ & editæ. Vñ dicitur 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, spiritualis autem &c. & percipit quantum ad ea quæ sunt fidei, quia fides donum Dei est: & ideo interpretatione sermonum numeratur inter alia dona Spiritus sancti. 1. ad Cor. 12.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod gratia gratis data non sunt habitus, sed sunt quidam motus a Spiritu sancto, alias si essent habitus, propheta quando vellet per donum prophetæ revelationem habere, quod falsum est: & ideo de aliquibus occultiis uelut aliando tangitur mens a Spiritu sancto, & aliquando non, sed aliqua eis occurrantur, unde dixit Heliæus 4. Reg. 3. Et Dominus celavit a me: Aliquando etiam aliqua dicunt a seipsi, sicut pater de Nathan, qui consuluit David quod edificaret templum, postea autem a Domino reprehensus & quasi retractus prohibuit hoc ipsi David ex parte Dei. Hoc tamen tenendum est, quod quicquid in sacra scriptura continetur, verum est, alias qui contra hoc sentiret, esset hereticus. Explicatores autem in aliis, quæ non sunt fidei, multa ex suo sensu dixerunt, & ideo in his potenter errare, tamen dicta expositorum necessitatem non inducunt, quod necesse sit eis credere, sed solum scriptura canonica, quæ in veteri & in novo testamento est.

Q V A E S T I O . X V I I I .

A R T I C U L V S . X X V I I .

Vtrum aliquis possit prædicare propria autoritate.

D E I N D E quæstum est de præparatoribus.

¶ Et circa hoc quæstia sunt duo.
¶ Primo, Vtrum aliquis possit prædicare propria autoritate, ita ut licet prædicare sine licentia prælati. Et uidetur quod sic, quia prædicare est bonum alii facere: sed debemus bonum operari ad omnes ad Gal. 6. ergo &c.

¶ Præ. Dicitur Ecc. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. ergo &c.

C O N T R A. Ad Ro. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? ergo &c.

R E S P O N. Dicendum, quod nullus quantumcumque scientie magnè, vel quantumcumque sanitatis, nisi missus a Deo, uela prælato prædicare potest, quia nullum agens natum est agere nisi supra debita materiam prædicatio autem & exhortatio, & doctrina si sit publica respiciens totam ecclesiam, & cura publica ecclesias, commissa est prælati: & iō nullus debet aliquid exercere quod requirat auctoritatem publicam, nisi prælati.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod cuilibet licet facere bonum libi proportionatum, non autem quodcumque bonum.

Ad II. Dicendum, quod mandauit Deus monere proximum priuata monitione, & familiari.

A R T I C U L V S . X X V I I I .

Vtrum aliquis prohibitus a principe seculari, debeat dimittere prædicationem.

S E C U N D O, utrum aliquis prohibitus a principe seculari, debeat dimittere prædicationem. Et uidetur